

Quid prohibere possunt illius Superiorum.

qui priuatis personis, sive pīis locis, aut quomodo cumque alter hactenus concessa sunt, aut in posterū concedentur, etiam in illis exp̄s indulgeatur, ut omnes Regulares, etiam Mendicantes, huīusmodi facultatibus vī posse. Sic ille. Ex quo videtur apertere sequi posse Superiorem Societatis Bullæ vīsum prohibere tantum in his, quæ regularem disciplinam videntur relaxare, secus in aliis, de quibus dictum Assertionē 5. ad quā etiam spectat, quod Assertionē præcedenti diximus: vīsus enim ouorum & laeticiorum in Sexagenariis nequam Religiosam disciplinam dissoluit aut relaxat, sed valde illi conformis est, cū ad charitatem Superiorum spectet Sēnum curam speciale gerere, quod diuinis & humanis legibus admōnemur. Et videri pro eo potest Dom. Solorzani Tomo 2. Lib. 1. Cap. 5. numer. 60. & sic alia, quæ in Bullā Cruciatā occurruunt, præter electionem Confessarij, de quā infra.

Declaratio eiusdem Pontificis circa suum Indulatum.

271 Pro ampliori autem Indulti præfati declaratione extat eiusdem Pontificis Oraculum, de quo in Compendio Societatis. V. Gratiarum vīsus. §. 2. vīsi sic dicitur: Declarant præterea posse Superiorem, dum huīusmodi licentiam concedit, limitare eam ad vīsum unius, aut alterius facultatis, & prohibere vīsū reliquarum, etiam eadem Bullā aut Indulito conuentarum. Sic illic. Sed cū Oraculum hoc viuā vocis fuerit, poterit illi reuocatio generalis Oraculorum obstat; nihilominus sine illo stat, quod in eodem exp̄s continetur.

Nam ipse in Bullā citatā affirmat nullius gratiarum vīsum in Societate licere, si Religiosae obseruantia aduersari queat, sine exp̄s licentia Superiorum: ergo possum illi, quas aduersari rati fuerint, prohibere, & aliarum vīsum liberum relinqueret, quia ex qua parte non aduersatur, non est cur nequeat vīsus non licere. Neque enim priuilegium adinstar sententia est, quæ nequit pro parte admitti, & pro parte respui, per Textus & Doctores, quos adducit Dom. Solorzani Tomo 2. Lib. 1. Cap. 22. num. 19. Sed cū sit gratia, admitti sanè pro cā parte potest, & pro alia non probari, quia gratia esse definit, & oneatis habet rationem. Vnde Pontifices multi Bullam concedentes, & decernentes Regularibus eam esse communem, electionem Confessarij non esse licitam sine Superiorum facultate quoad referuata pronuntiarent: profitentes plenē posse gratiam in ordine ad quādam admitti, & in ordine ad alia recusari: ergo etiam non extante Oraculo prædicto, id, quod intendimus, stabit.

Sine èō flare priuilegium eiusdem posse.

Quod potest ex parte admitti, & ex parte recusari.

Praefato priuilegio Religiosas gaudere, quod renouatum non est.

De quibus certum Indulgentiū.

Bulla te-

272 An autem Ordines alii simile aliquod priuilegium habeant, ipsi viderint; praefato ei quidem gaudere poterunt Mendicantes, & alii, qui gratiam communicationis habent. Neque

suspicandum est priuilegium dīctum à Pontificib⁹ Gregorij successoribus, qui Bullam concesserunt, esse reuocatum, dum tale quid ab ipsi⁹ non inueniatur expressum, & ipse Gregorius non fore Sedis Apostolicæ intentionem talem aperte fateatur. Licet enim ille successoribus manus ligare non portuerit, quominus circa hoc pro arbitrio disponere valeant: dum tamen contraria dispositionem non proferunt, statūdum est priori tanti Pontificis decisioni: alias verba illa nullius essent effectus, & inutiliter profusus adiecta, quod constat dici non posse nisi ab eo,

Neque à Commisario potest renouari.

qui reuerteniam Apostolicis statutis debitam penitus ignorarit. Ex quo fit neque à Commissario posse tale indulmentum suspendi, quia ad hoc conceditur, vt non possit impediri, cū versetur circa Bullam ipsam. Et ab eiusdem Gregorij Commissario plantum est non potuisse suspe-di: atqui omnes alii aliorum Pontificum non maiori circa hoc gaudent potestate, quandoquidem non alia est eorumdem Pontificum mens, ex verbis Gregorij constat, dum id non exprimunt: ergo neque suspendi ab illis potest. Præterquam quod gratia à Commissario suspensa reualentur acceptance Bullæ: ergo ea à Religiosis sumpta, Prælatorum potestas vim suam resumit: & certè si Prælatus Bullam sumat, id erit apertius. Cū alia ex ipsius Bullæ tenore constet non suspendi gratias & facultates Superioribus Ordinum Mendicantium concessas in ordine ad suos Fratres: ex quibus vīna hanc, de quā loquimur, esse liquet. Et pro suspensiōne dicta sit iam

S. IV.

Bulla an sit Religiosis necessaria ad Indulgentias lucrandas & gratiarum aliarum fruitionem.

273 IN primis certum est Bullam necessariam esse ad earum Indulgentiarum lucrum, & gratiarum vīsum, quæ per Bullam ipsam conceduntur: idque ex Bulla ipsius textu habetur manifestum, dum in ea dicitur: Y por por quanto vos, N. dīses la Limofna, que auemos casada y declarado, y recebistes esta dubia Bulla escrita en ella vuestro nombre, declaramos, que aveis conseguido, y se os conceden las dichas Indulgentias, gratias, y facultades &c. Quod quidem circa Religiosas ita intellegendum est, vt si alia gratiam aliquam simile habeant, quia ad seculares non spectet, de quo inferius, Bulla pro eius vīsu non sit ipsius necessaria. Sic enim Religiosi visitantes Ecclesias suas, & in eis pro exaltatione S. Matris Ecclesias orantes, pro extirpatione hæresum, Principum Christianorum concordia, ac salutē Pontificis, in diebus Stationum, Indulgentias omnes lucrantur, quæ Romæ intra & extra muros possunt obtinēri: concessione Pauli V. qui Indulgentias Religiorum ad certum censuit numerum reducendas. Per Bullam autem similis concessio habetur, & conceditur visitantibus quinque Ecclesias, aut quinque altaria in vīna, aut pluribus, & pro concordia Christianorum Principum, ac vīctoriā contra infideles orantibus. Vide tamen infra. num. 282.

274 Deinde. Verba Pontificum præmittenda sunt, ex quibus sautor Religiosis in hac parte exhibitus posse intelligi, & circa illorum tenorem dubia quādam occurrentia pariter expediti. Sic ergo aiunt illi, Item Prædicto Commissario, & Receptor generali datur facultas, vt suspendere possit dicto anno durante, omnes similes & dissimiles Indulgentias, & facultates ab eisdem, & Sede Apostolica, vel eius auctoritate, quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, pīis locis, Vniuersitatibus, Confraternitatibus, & singularibus personis. Ita

De Regiis prouentibus ex Cruciatā, ubi de Religiosis.

vt neque interīm publicari possint, neque publicata ciuii hominum communiter, vel diuisim suffragentur exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superioribus quoad eorum Fratres tantum. Item. Dicto Commissario etiam conceditur facultas, vt ipse persone, vel alium; seu alios, quando, & quoties sibi videbitur, Indulgentias, & alias gratias per eum suspensas, in favorem illorum, qui præsentum gratiarum in hanc causam pro Religionis defensione concessarum participes effici fuerint, reualidare absque aliquo premio posse. Sic Pontifices; iuxta quorum concessio-nem Commissarius, cū publicatur Bulla, durante prædicationis tempore, predicta omnia suspendit, & Bullæ solā acceptione reualidat, vt illis vī particulares persona possint: alia autem quæ personalia non sunt, eatenus currere permitit, quatenus eisdem fructuri Bullam habeant, vt Iubilæa, stationes, & similia, pro quorum reualidatione nihil accipit, iuxta Pontificiam determinationem: licet Notarii stipendium aliquod dari solet ab iis, qui reualidationis testimonium accipiunt, quamvis multoties necessarium non sit, & vīa Commissarij Rubrica sufficiat, & fortè neque ista opus sit. Vnde animaduertendum, caudendumque, ne in negotio hoc, in quo locum esse quæstui Pontifices nolunt, immo & ab eo abhorrent, aliquid huīusmodi misceatur. Scio nonnumquā Iubilæa aliqua non publicari, ne sumptus fiat semper onerosus in eo, quod gratuitum esset decernit benignitas largientis. Quomodo autem licere possit, ostendit P. Quintanadueñas in Appendix Trat. 2. Dub. 5. In suspensiōne autem dicta eamdem exceptionem Mendicantium Ordinum Commissarius adhibet, quam Pontifices præmiserunt & ita circa illam difficultates quādam dissoluendæ, si forte pro iis possit lux sufficiens inueniri.

275 Ad hoc dici potest concessionem Indulgentiæ dictæ non repugnare, & verbis absolutioni posse concedi: nihilominus extra Sacramentum dici, quatenus non sit virtute Sacramenti, sed illi contingenter adiungitur: absolutio enim talis poenitentis, iuxta dispositionem eius omnino eadem stare posset, & vere staret, etiam nulla existeret Indulgentia. Quod autem ex intentione eius extendatur ad pleniorē poenitē remissionem, contingens est, quia eidem verbis potest applicare, quod ex thesauro Ecclesie Pontifex applicandum relinquit, & absolutionis nomine significari potest in forma cōfusa, licet illa ad peccata, & non ad poenias exp̄sse dirigatur. Vide P. Suariorum Tomo 4. cit. Disp. 10. Sect. 2. num. 7. P. Henriquez Libr. 4. Cap. 11. num. 3. & Remigium pag. 283. Col. 2. Sicut dicunt plures etiam ex Confessarij intentione extendi posse ad excommunicationem, quod & frequenter accidit, dum quis excommunicationi confessionem audit, & oblitus eius absolvit à peccatis: tunc enim ex intentione præcedenti absolviendi, ad excommunicationem forma absolutionis extenditur: quia vult hic & nunc vere absoluere à peccatis, & conseqüenter impedimentum absolutionis tollere, quod excommunicatione apponit, & vt demus posse absolutionem à peccatis stare, manente excommunicatione, vt alii censem; est tamen illud illicitum; & qui absolvit, excommunicationis oblitus, nihil facere intendit, quod ex se licitum non sit. Pro quo bene arguit Cardinalis Lugo Disp. 16. de Penitentia num. 624.

277 Et hoc modo intelligenda est forma absolutionis, quæ in Bulla apponitur: remissio enim poenarum peccatorum, extra Sacramentum per applicationem thesauri Ecclesie, satisfactionem, inquam Christi quæ infiniti valoris est, & Sanctorum, quas quidem obtulerunt ipsi, sed pro eorum peccatis superabundantes fuerunt; vnde ex mensurā ita cōagitat & superefluente multum est relictum, quod in acceptatione Dei thesaurizatum prodest alii potest, quorum defectus eorum compensatione suppletur. Vide bonam explicationem apud Trullench Lib. 1. §. 1. Dub. 14. ex bonis Auctoribus deductam, & præ aliis ex P. Suariorum Tomo 4. in 3. Disput. 49. Sect. 1. Vbi illud quod dicitur Extra Sacramentū, difficultatem videtur habere. Nam licet communiter ita fiat, non tamen omnino necessarium apparer: quia concedi Indulgentia plenaria potest confitenti sua peccata: quamvis enim hoc fieri generaliter nequeat, alia vīs poenitentiarum Sacramentalium penitus tolleretur, in quo grauissimum esset animarum derrementum, tum ob earum utilitatem, tum ob peccandi licentiam, quæ inde resultaret. Quod tamen aliquando concedatur, vt in horā mortis, propter rationem aliquam speciale, non videtur repugnare: immo in vī habetur pro Religiosis morti proximis, & aliis imaginis aut grana benedicta habentibus. Vbi licet dici possit Indulgentiam tunc non esse virtute Sacramenti, sed Confessarium eius virtute eam poenitē remittere, quæ iuxta institutionem Christi Sacramento responderet: a Pontifice autem simul fieri applicationem ex thesauro Ecclesie: id non videtur satisfacere, quia nec videtur repugnare vt a Pontifice concedatur Sacerdoti potestas plenaria absoluendi, aut etiam non plenaria: in quo eventu virtute absolutionis Sacramentalis fit remissio ex intentione ipsius, vnde Indulgentia etiam Sacramentalis est.

Expedita illa, cum notanda dorina.

278 Indulgentia notio satis perspicua est ex communi & recepto vīsu: est enim remissio poenarum peccatorum debitarum, extra Sacramentum per applicationem thesauri Ecclesie, satisfactionem, inquam Christi quæ infiniti valoris est, & Sanctorum, quas quidem obtulerunt ipsi, sed pro eorum peccatis superabundantes fuerunt; vnde ex mensurā ita cōagitat & superefluente multum est relictum, quod in acceptatione Dei thesaurizatum prodest alii potest, quorum defectus eorum compensatione suppletur. Vide bonam explicationem apud Trullench Lib.

1. §. 1. Dub. 14. ex bonis Auctoribus deductam, & præ aliis ex P. Suariorum Tomo 4. in 3. Disput. 49. Sect. 1. Vbi illud quod dicitur Extra Sacramentū, difficultatem videtur habere. Nam licet communiter ita fiat, non tamen omnino necessarium apparer: quia concedi Indulgentia plenaria potest confitenti sua peccata: quamvis enim hoc fieri generaliter nequeat, alia vīs poenitentiarum Sacramentalium penitus tolleretur, in quo grauissimum esset animarum derrementum, tum ob earum utilitatem, tum ob peccandi licentiam, quæ inde resultaret. Quod tamen aliquando concedatur, vt in horā mortis, propter rationem aliquam speciale, non videtur repugnare: immo in vī habetur pro Religiosis morti proximis, & aliis imaginis aut grana benedicta habentibus. Vbi licet dici possit Indulgentiam tunc non esse virtute Sacramenti, sed Confessarium eius virtute eam poenitē remittere, quæ iuxta institutionem Christi Sacramento responderet: a Pontifice autem simul fieri applicationem ex thesauro Ecclesie: id non videtur satisfacere, quia nec videtur repugnare vt a Pontifice concedatur Sacerdoti potestas plenaria absoluendi, aut etiam non plenaria: in quo eventu virtute absolutionis Sacramentalis fit remissio ex intentione ipsius, vnde Indulgentia etiam Sacramentalis est.

279 Difficultas ex eo quā dicitur extra Sacramentū concēditur.

280 Forma absolutionis Bulla quo modo intelligenda.

281 Specialia difficultas circa illa.

282 Nem.

nem, per quam omne illud habetur, quod beneficio Bullæ obtineri potest, remissio peccatorum & pœnaru[m] sequitur: præcedit enim absolutione à censuris, deinde à peccatis, & quia per illam non omnis pœna remittitur, additur Indulgentia plenaria; quæ non ad peccata, sed ad pœnas pertinet peccatorum; ergo stare nequit v[er]terior peccatorum remissio, sicut nec pœnarum, quæ subditur, eum iam per Indulgentiam plenariam remissa præmittantur. Ad quod dici potest ea, quæ de remissione peccatorum, & pœnarum adiunguntur, tantum esse prioris beneficij explicacionem; quia enim non omnes capiunt verbum istud, quid scilicet Indulgentia plenaria sit, & quid operetur simul cum remissione peccatorum, utrumque additur cum maiori expressione; non quod puræ declarationis rationem habeat, cum addatur verbum *Otorgar*; sed quod factum iam virtute absolutionis, & concessionis Indulgentiæ, ratum habeatur. Vnde & additur. *In nomine Patris &c.* Quæ verba non ad solam declarationem referenda sunt, sed ad beneficij auctorem præcipuum. Et quidem verba illa posterioris remissionis peccatorum possent conuenienter tolli; neque enim de remissione pœnarum accipi possunt, cum de illa statim, vt de re omnino diuerſa subiciatur: & *pœnarum*, quæ propter illa &c. Propter breuissimum etiam distantiam absolutionis & Indulgentiæ potest verbum *Otorgo*, ad illam referri, vt etiam dicatur fieri, quod immediatè ante factum est, & quodammodo pertinet ad illud: vt cum quis donationem facit inter viuos, quibus verbis illa perficitur, & nihilominus alia adduntur, quibus illa amplius declaratur, omnia ad illam censentur spectare; quod & in testamento accedit, eo nomine satis significato; & tamen addit quis illam esse suam ultimam voluntatem &c.

Dubium emergens ex verbis, In nomine Patris &c. in fine non addiuit.

*Sacramenti Pœnitentie forma ex Concilio Tridentino Sessione 14. Cap. 3. Forma absolutionis plus aliquid continet quam verba illa; Ego te absolu; cum sic definiat: Doct[er] præterea Sancta Synodus Sacramenti Pœnitentie formam, in quā præcipue illius vis sita est, in illis Ministeri verbis possumus esse: Ego te absolu &c. Illud enim & cetera indicat alia esse necessaria. Quod autem finit illa, In nomine Patris &c. ex sequentibus Concilij verbis deducitur, dum sic subdit: Quibus quidem de Ecclesiæ Sanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur; adipisci tamē forma essentiam nequaquam spectant, neque adipisci Sacramenti administrationem sunt necessaria. Sic Conſilium. Atqui verba illa In nomine Patris &c. non sunt preces, de quibus Concilium loquitur; vnde plures Doctores obliterant esse verba illa, quæ ante præfata formam duntur, adduntque præterea addi ut impetrant aptam dispositionem, & ne intentione & formâ Minister abutatur. Sicut in Missâ ante consecrationem petit Sacerdos oratione id, quod certa lege effectum habet; vt videri potest apud P. Henriquez *supr. num. 7.* & apud citatos ab ipso in *Glossa L. T. & V.* Vnde non videtur satisfacere*

quod ait Cardinalis Lugo *Supr. Disput. 13. num. 38.* verba illa *In nomine Patris &c.* esse deprecatoria: licet enim hoc ita sit, de illis tamen non loquitur Concilium iuxta citatos Doctores, neque secundum communem existimationem Ministrorum huius Sacramenti pro precibus habentur, sed protestationis sunt auctoris præcipui, cuius virtute perficitur Sacramentum: vnde incertum est an rationem habeant precum; cum tamen Conſilium de certis precibus sit locutum. Et ita, protestationem talem sub formâ verborum prædictâ esse de substantiâ Sacramenti tenuit Durandus, Maior, & Petrus Sotus apud P. Suarez *Supr. Disput. 19. Sect. 1. n. 19.*

Dubius præcipui reponit, iuxta duas contrarias opiniones.

279 De hoc dictum à me Tomo 2. Theologorum Problematum, & quod sententia dicta sit probabilis negare non possum, quia & bonos habet Auctores, & fundamenta non levia, licet opposito sit communior, & pro se agmen habeat Auctori. Si iuxta eam loquamus, dicendum verba illa esse de necessitate administrationis Sacramenti licet conferendi, non tamen validè: & Concilii de priori necessitate locutum, vt ex eiusdem verbis colligi posse videtur, dum de precibus ait ad ipsius formâ essentiam minimè pertinere, neque ad ipsius Sacramenti administrationem: sunt ergo aliqua verba, quæ ad essentiam formâ spectant, & alia quæ ad illius administrationem necessaria sunt. Si ergo Sanctissima Trinitatis expressio ad essentiam non spectat, dicendum est ad Sacramenti administrationem esse necessariam ex Ecclesiæ præcepto. Illud ergo & cetera hoc indicat, & satis est vt ad formam dicantur talia verba spectare, & nomine formâ comprehendit, sicut de formâ consecrationis Calicis communiter dicunt Theologi; & in consecratione Hostiæ particula *Enim de essentia non est*, sicut aliae in aliorum Sacramentorum formis; & tamen omnes nomine formâ designantur. Iuxta contrariam autem sententiam viâ est contraria procedendum, dicendumque usque ad prolationem dictorum verborum non esse formam perfectam; nec tamen ex eo sequitur Indulgentiam haberi virtute Sacramenti, licet intra formam ipsam videatur contineri; quia id per accidens se haber, nec propriè pars formâ est, sed cum adiunctâ explicatione. Neque est contra rationem formâ, in quâ inuocatio SS. Trinitatis de substantiâ est, si quidquam inter illa, & substantia verba proferatur. Ut si quis in formâ Baptismi dicat *Ego te baptizo seruum Christi in nomine Patris &c.* quæ forma abique dubio est valida; cum tamen verba illa *Seruum Christi* ad eam non spectantia, miscentur. Quia vero explicatio talis appetit difficilis, & Theologi non probanda, id est priori sententia potius adhærendum. De quo haec fatis.

280 Indulgentiæ ergo explicato nomine, ad Gratia nomen veniamus, quod est latissimæ profecto significationis, & beneficium omne complectitur, seu gratuitam concessionem. Præfisi autem sumptum vt ab Indulgentiâ distinguatur, gratuitam significat concessionem Pontificis, aut alterius potestatem habentis ab ipso, ad aliquid, quod per Bullam conceditur, independenter ab illâ state nequit aut ei simile, etiam spectans ad merum usum Sacramentorum, propter dicenda circa

circa facultates. Sic ergo gratia est posse comedere carnes, oua, lactescia, & sagimen, vel non ieiunare in diebus prohibitis: posse audire facrum tempore Interdicti: posse item Eucharistiam furnere: quibus similia sunt posse laborare in die festo: posse Officium speciale recitare omnissimo communi: posse item illud anteponere aut postponere, modo non permisso: posse vna Missâ obligationi plurimum satisfacere, & sic alia. Pro hoc videri potest P. Mendus *Disput. 29. cap. 5.* qui tamen non ita exactè rem explanat, licet ea, quæ affert, ad præsens posint negotium deserire.

*281 Facultates sequuntur, & videntur esse illæ, ratione quarum aliquid effici potest, alias non factibile, vt Oratorium habere priuatum, in quo Missâ celebretur: admittere ad illam aliquos tempore Interdicti: posse eligere Confessarium ad speciale absolutionem. Quibus similiis sunt posse Missam, quæ in loco distanti celebratur, adspicere, & sic eam audiendi præceptum adimplere: posse eligere sepulturam in loco sacro, quem maluerit quispiam: posse laicum decimas exigere: posse baptizari domi filios, Principum cum non sint: posse Capellam designare, qui domesticos absolutat, & similia. Et hic explicandi modus iuxta subiectam materiam aptior occurrit: licet P. Quintanad. ex Iuris lexico alium explicationis modum adducat Tomo 2. *Tractat. 5. singul. 4. num. 3.* iuxta quem facultas est plena potestas rerum pro arbitrio gerendrum sine impedimentis: & iurisdictionem importat, atque etiam cum licentia coincidit, quæ tunc datur, cum præceptum extat id prohibens, pro quo licentia confertur. Benè tamen admonet omnia haec, præiugium, gratia, indultum, facultas, & licentia sèpè pro eodem usupari. Vnde existimare posset quis in Bullâ gratiam & facultatem nihil distinctum designare, sed maioris explicationis gratia intuigere ad significanda ea, quæ sub diuersis solent concedi nominibus, licet recipia talia sunt vt similibus possent indicari. Sed explicatione nostra, vt dixi, conuenientior appareat, & præsenti materia magis adaptata: Quâ præmissa sit iam*

DIFFICULTAS II.

Quid Religiosis circa Indulgentias liceat sine Bulla.

*282 Dico primò. Religiosi Mendicantes, & qui eorum gaudent præiugio, possunt sine Bullâ omnes lucrari Indulgentias, quæ ipsi specialiter concessæ à Sede Apostolicâ comperiuntur, si personales non sint. Sic Nugus, Emmanuel Rodericus, Ludovicus à Cruce, Villalobos, Diana, & Trulleuch, quos adducit & sequitur P. Mendus *Disput. 29. num. 43.* Cardinalis Lugo *Disput. 20. de Pœnitentia. num. 172.* P. Suarez Tomo 4. de Religione, Lib. 2. Cap. 16. num. 40. *Tract. 8.* P. Quintana Tomo 1. in Appendix, *Tractat. 4.* addens Ioannem à Cruce, & dicens esse certum *Disput. 11. num. 5.* & probatur ex Bullâ ipsius verbis adductis *num. 274.* cum enim de Indulgentiarum suspensiâ facultate præcessisset iermo, addi-*

Thesauri Indici Tom. I.

tur: Exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium superioribus quoad eorum Fratres tantum. Vbi cùm concessionem prædictam non arcent Pontifices ad speciale aliiquid, de quo sermo præcesserit, ad omnia præcedentia debet extendi: vbi enim lex non distinguit, nec nos distingue debemus. L. de pretijs. D. de public. in rem act. & sèpè alibi.

Quorundam feudum sententia argumentum.

Ex eo affectu non repente certa, unde Bullæ necessitas.

De persona libus probabilitas fundatur.

*Præterquam quod id quod dicitur de concessione factâ superioribus, propterea est, quia ita frequentius accidit; quod non tollit quinalia quando immmediatè Religioni fieri possit: vt constat ex illustri concessione Gregorij XIII. Ann. 1579. die 23. Decembri, per quam possunt Religiosi Societatis omnes Indulgentias in suis Ecclesiis consequi, quæ in Ecclesiis aliis, aut locis p[ro]p[ri]is, certis diebus, qui eas visitant, consequuntur. In illâ enim nulla extat superiorum mentio, sed concessio ad Religiosos ipsos immmediatè dirigitur. Incipit: Cum, sicut accepimus. Quis autem ex adductis Doctoribus contra Accostam sententiis de prædicta concessione dubitauerit, ed quod superioribus specialiter facta non sit? Dicendum ergo est Pontifices modo prædicto locutos, ordinariam formam concedendi spectasse, non tamen ad illam dispositionis sua decretum adstringere voluisse: sed Ordinum Mendicantium præcipue spectasse fauorem, vt eorum scilicet Indulgentiæ non cessent: quod pro certo statuit P. Escobar statim citandus *num. 794.* ergo & singularium personarum, in quibus idem pro fauore tali*

V 2 tulus